

hæc prohibere nequit, aut de hoc prævalere non ualet: ad idem reducitur si uitur talibus uerbis, si Deus non facit hanc uindictam, non credam esse iustum si non uidero hanc ruinam, fidem negabo: optat enim, quæ sunt contra Dei benignitatem. Hic modus blasphemandi dicitur, hæreticalis, id est si quod ore affirmat, corde crederet, hæreticus esset cenfendus: immo infidelis: nec ideo dicitur hæreticus, uel infidelis, nam infidelitas consistit in dissensu, circa ea, quæ sunt fidei blasphemia autem, in dicendo tantum quæ sunt contraria fidei: credit namque contrarium eorum, quæ dicit: nam quis, credens Deum omnipotentem, ira; ut opposito assentire nequit dicere potest, Deus non potest hæc facere, solum ut iniuriam ei faciat, & delectetur in illo mendacio: & sic coleram ex Ira conceptam euomere. Ad hunc ordinem blasphemiam reducitur illa, quam perditii homines contra beatam, semperque Virgine Mariam proferre solent, dicendo (puttana della Virgine Maria) est enim hæreticalis: id est si tale de Virgine sentiret hereticus esset. Vnde in Regno Sicilia ultra mare, inquisitores contra hanc blasphemias ex officio inquisitionis procedunt, huius speciei sunt etiam blasphemiam, quibus utuntur Hispani, dicendo non credo in dios, renego dios, quod est ipsum abnegare, & adiurare, unde infidelitatis speciem quandam sign.

Secundo dum appetimus Deo, quæ illi inconuenientia sunt, dicendo, sit maledictus, sit occisus, uentiant hæc uel illa mala, & similia. Huius conditionis sunt illæ aliæ blasphemias Hispanorum dicentium pesse a dios, per uida de dios: nam pesse, tantum ualet, quantum dicere, displiceat Deo, eumque tædeat huius, uel illius rei per quæ uerba coleram, quam de alio concepit, in Deum respuit: Dicendo autem per uida di Dios, non est tantum iurare, ut aliqui.

Itali credunt, sic dicendo, hoc est Deum in testem adducere: sed aliquid execrabilis: nam cum homo dicit per uitam filij mei, eius uitam ultioni Dei subdit, si falso attestatus est: cuius sensus est, quod dico, est uerum; per uitam filij mei, hoc est si uerum non dico, Deus filio meo uitam auferat: ita in proposito, dicendo per uerum Dei, perinde est, ac si dixerit: Deus de se ipso supplicium sumat, si mentior: unde si falso sic iurat Deum blasphemat. Ad hanc speciem blasphemias, quæ longe differt à prima, reducitur detestatio diuinæ Iustitiæ, eorum, qui uellent, Iustitiam non inueniri, neque infernum, ut liberius peccare possent; & quia cognoscunt hoc esse non posse. odio habent Deum & uelent Deum non esse iustum, beatum, bonum, & similia. uelut damnati in inferno, qui Deum blasphemant hæc desiderando: est enim blasphemia mentalis & credo quod post uniuersalem resurrectionem, erit uocalis, iuxta illud. Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum.

Tertio, dum, ea quæ contra Deum dicta sunt etiam contra sanctos proferuntur, eos detellendo maledicendo, malum eis optando, de eis inconuenientia affirmando, & conuenientia negando, & similia; nam sicut laudatur Deus in sanctis suis: in quantum in eis multa bona fecit, & quotidie operatur pro eos: ita dum eos spernimus, maledicimus, eorum opera miracula, & sanctitatem calumniamur, Deum in sanctis suis inhonoramus. Ad hunc modum blasphemadi, reducitur omnis blasphemia creaturarum, nam qui maledicit coelum, terram, & opera manuum eius, in quantum sunt eius, et Demone, ut eius creatura est, perinde est, ac si Deum, eius creatorum, malediceret. Dico (in quantum sunt eius) nam maledicendo creaturas simpliciter, nil aliud intendendo, v.g. deambulando pedem in lapide impingit, maledicit lapidi offendenti, sentiendo uentum frigidum, & molestum, maledicit uento, patiendo aliquas tentationes maledicit Diabolo, homines sollicitanti, & similia, erit ueniale. Quid de blasphemantibus dies, menses, & annos: De si male dicendo dici, nil aliud intelligit, quàm spatium temporis, est ueniale, si aut sanctum

*Blasphem. hereticalis quare dicitur.*

*Infidelitas in quo consistit.*

*Blasphem. hereticalis contra B. Virginem Mariam.*

*Blasphemia Hispanorum.*

*Secundus modus blasphemandi*

*Blasphemia Hispanorum.*

*Blasphemia est, iurare falsum, per uita di Dio.*

*Detestatio diuinæ iustitiæ.*

*Tertius modus blasphemandi.*

*Blasphemias sanctis.*

*Blasphemias creaturas.*

*Blasphemias dies, & annos.*